# Mythologia, Venise, 1567 - X [100] : De Oceano

### Auteur(s) : Conti, Natale

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X**

Mythologia, Francfort, 1581 - X [100] : De Oceano *est une version augmentée de ce document*

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII**

Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 01 : De Oceano *a pour résumé ce document*

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X**

Mythologie, Paris, 1627 - X [100] : De l'Ocean *est une transformation de ce document*

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X**

Mythologie, Lyon, 1612 - X [100] : De l'Ocean *est une transformation de ce document*

## Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567
ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50
Formatin-4
langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination302v°

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1041?context=pdf

# Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiquesOcéan
Notice créée par Équipe Mythologia Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 28/04/2023

---

### De Pelope.

VOLVPTATVM naturam periculis & calamitatibus plenam exprimentes antiqui Pelopem cum Hippodamia de nuptiis curruli cursu certantem introduxere, ita tamen vt si vinceretur, vltimo afficeretur supplicio. Quod tamen certamen ad vniuersam mortalium vitam miseriarum, contentionum, periculorumque plenissimam potest referri. nam eximia quadam fortitudine & sapientia opus est ad deuitandas tot miserias, quæ vitam mortalium circumsistunt, aut ad tot difficultates fortiter sustinendas; quas nisi vincamus, nos ab illis vinci omnino necesse est.

### De Perseo.

CVM vellent demonstrare antiqui quanta vis esset auaritiæ, nullumq; locum esse satis munitum aduersus largitiones, aurum de cœlo in gremium Danaes ad illam contra instituta patris vitiandam finxerunt. Hæc Perseum postea peperit, qui Medusam obtruncauit, vt diximus, cum ratio sit, quæ omnes illegitimas voluptates infringit. neque tamen illud sine Dei auxilio facit, quia nemo bonus est, nisi Deus illi adhoc ipsum opus tulerit, cuius semper auxilium est implorandum.

### De Oceano

VBI superioris partis elementorum, ac virtutes solis per fabulas expressissent antiqui, moresque animam hominum optimis pro viribus informassent, & eorum quæ in aere gignuntur naturam declarassent, mox ad aquarũ naturam explicandam accesserunt: dixeruntq; oceanum vniuersarum aquarum patrem fuisse ab optimo & sapientissimo opifice Deo creatum, quem è terra vndique iussit recedere. Sic igitur bonitas diuina cuncta commiscens ad ortum excitauit, vt dixerunt sapientes. dictus est pater idem rerum, quod imbres & fluuii ex oceano procreantur, atque ex iis omnia plantarum animaliumque genera. Deinde cum reperta sit nauigatio significarunt in ea opus esse singulari prudentia, quare dixerunt Prometheum amicissimũ fuisse Oceani. non enim solum scopuli vitandi sunt, sed tempestates etiam præuidendæ.

### De Tritone.

TRITONES vero nulla alia de causa fuerunt introducti ab antiquis, nisi vt demonstrarent nullum locum Deo vacare; sed vbique & prælio esse aduocantibus, & facile de consceleratis pœnas sumere.

### De Ino & Palæmone.

NEQVE tempestates quidem sine Deorum consilio contingere nauigantibus existimabant, quando Leucotheam siue Ino, quæ aurora est, & Palæmonem nauigantium tempestatibus præesse voluerunt. nam cum venti mare inuadant, dicti sunt se in mare præcipitasse. ac Ethicè.

Cum homines adhortarentur ad beneficentiam, Inus exemplum in mediũ



Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1041?context=pdf